



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aquinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum hæretici, & ab ecclesia præcisi possint ordines conferre? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

Utrum hæretici, & ab Ecclesia præcisi possint ordines conferre?

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod hæretici & ab Ecclesia præcisi non possint ordines conferre. Maius est enim conferre ordines, quam aliquem absolueri vel ligare †. Sed hæreticus non potest absolueri vel ligare. Ergo nec ordines conferre.

¶ 2 Præterea, Sacerdos ab ecclesia separatus conferre potest: quia in eo character indelebiter manet, per quem hoc potest. Sed Episcopus non accipit aliquem characterem in sui promotione. Ergo non est necesse quod episcopalis potestas remaneat in eo post separationem eius ab Ecclesia.

¶ 3 Præterea, In nulla ille cõmunitate qui a cõmunitate expellitur, potest officia cõmunitatis disponere. Sed ordines sunt quædam officia Ecclesiæ. Ergo ille qui extra Ecclesiam ponitur, non potest ordines conferre.

¶ 4 Præterea, * Sacramenta habent efficaciam ex passione Christi. Sed hæreticus non continuatur passioni Christi: neque per propriam fidem; cum sit infidelis; neque per fidem Ecclesiæ, cum sit ab Ecclesia separatus. Ergo non potest sacramentum ordinis conferre.

¶ 5 Præterea, In ordinis collatione exigitur benedictio. Sed hæreticus non potest benedicere, quin immo benedictio sua in maledictionem conuertitur, ut patet per auctoritates in littera inductas *. Ergo non potest ordines conferre.

SED contra est, quod aliquis Episcopus in hæresim lapsus, quando reconciliatur, non iterum consecratur. Ergo non amisit potestatem, quam habebat, ordines conferendi.

¶ Præterea, Maior est potestas conferendi ordines, quam potestas ordinum. Sed potestas ordinum non amittitur propter hæresim vel aliquid huiusmodi. Ergo potestas conferendi ordines non amittitur. Ergo potest ordines conferre.

Supplementum. X Ergo

156
Tho. in 4.
d. 25. q. 1.
ar. 2. &
Mag. 4.
sent. d. 25
† sup q.
19. ar. 6.

* 3. p. q. 6
ar. 5.

li. 4. sent.
d. 13. q.
A. ante
fin. & in
decr. cau
sa 1. q. 1.
per mat.
ta cap.

Ergo nec potestas ordines conferendi.

¶ Præterea, Sicut baptizans exhibet tantum ministerium exterius, ita & conferens ordines, Deo interior operante. Sed † nulla ratione aliquis ab Ecclesia præcisus amittit baptizandi potestatem. Ergo nec ordines conferendi.

li. 4. de
bap cōt.
Donatist.
s. 4.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc ponuntur in litera quatuor opiniones. Quidam enim dixerunt quod hæretici quamdiu ab Ecclesia rotantur, habent potestatem ordines conferendi, non autem postquam fuerint ab ecclesia præcisi: similiter nec degradati, & alij huiusmodi: & hæc est prima opinio. Sed hoc non potest esse, quia omnis potestas quæ datur cum aliqua consecratione, nullo casu contingente tolli potest re ipsa durante, sicut nec ipsa consecratio annullari: quia etiam altare vel chima semel consecrata, perpetuo consecrata manent. Unde cum episcopalis potestas cum quadam consecratione detur, oportet quod perpetuo maneat, quantumcunque aliquis peccet, vel ab ecclesia præcidatur. Et ideo alij dixerunt, quod præcisi ab ecclesia, qui in ecclesia episcopalem potestatem habuerunt, retinent potestatem alios ordinandi & promovendi, sed promoti ab eis, hoc non habent: & hæc est quarta opinio. Sed hoc etiam non potest esse, quia si illi qui fuerunt in ecclesia promoti, retinent potestatem quam acceperunt, patet quod exequendo ipsam potestatem, veram consecrationem faciunt: & illi vere tribuunt omnem potestatem quæ cum consecratione datur, & sic ordinati ab eis vel promoti habent eandem potestatem, quam & ipsi. Et ideo alij dixerunt quod etiam præcisi ab Ecclesia possunt ordines conferre & alia sacramenta, (dummodo formam debitam & intentionem seruent) & quantum ad primum effectum, qui est collatio sacramenti, & quantum ad ultimum, qui est collatio gratiæ: & hæc est secunda opinio. Sed hoc etiam non potest stare, quia ex hoc ipso quod aliquis hæretico præcisus

* In cōt.
Nicensi.
19. c. 4.
sente. di.
29. §. C.

ab Ecclesia
fictus
nisi forte
ideo alij
sed cum
sacrament
ab eis fa
hæc est t
Ad pr
tionis
per grat
re, sicut
num qui
quam no
Ad se
ipsum Ep
net in eo
tam non
corpus C
nec sic
Ad ter
ab hære
recipiunt
dimibus n
gr.
Ad qu
continua
sunt secur
Ecclesia
Ad qu
ad ultim
no dicit
De i
D
ius
Circ

Ab Ecclesia in sacramentis communicat, peccat, & gratia fictus accedit, & gratiam consequi non potest, nisi forte in baptismo in articulo necessitatis. Et ideo alij dicunt, quod vera sacramenta conferunt, sed cum eis gratia non dant, non propter inefficaciam sacramentorum, sed propter peccata recipientium. Ab eis sacramenta contra prohibitionem Ecclesie: & hæc est tertia opinio, quæ vera est.

Ad primum ergo dicendum, quod effectus absolutionis non est aliud quam remissio peccatorum, quæ per gratiam fit & ideo hæreticus non potest absolueretur, sicut nec gratiam in sacramentis conferre: & iterum quia ad absolutionem requiritur iurisdictio, quam non habet ab Ecclesia præcisus.

Ad secundum dicendum, quod in promotione ipsius Episcopi datur sibi potestas quæ perpetuo manet in eo, quamvis dici non possit character: quia per eam non ordinatur homo directe ad Deum, sed ad corpus Christi mysticum: & tamen indelebiter manet huius character, quia per consecrationem datur.

Ad tertium dicendum, quod illi qui promouentur ab hæreticis, quamvis accipiant ordinem, non tamen recipiunt executionem, ut licite possint in suis ordinibus ministrare, ratione illa quam obiectio tangit.

Ad quartum dicendum, quod per fidem Ecclesie continuatur passio Christi: quia quamvis in ea non sint secundum se, sunt tamen in ea secundum formam Ecclesie, quam seruant.

Ad quintum dicendum, quod hoc est referendum ad ultimum effectum sacramentorum, ut tertia opinio dicit.

QVÆST. XXXIX.

De impedimentis huius sacramenti, in sex articulos diuisa.

¶ Deinde considerandum est de impedimentis huius sacramenti.

¶ Circa quod quaruntur sex.

X 2 ¶ Pri-

Ambr. de iis qui mysti. inuuantur. c. 4. Aug. li. 6. de bapt. c. 1. c. li. 4. c. 1. et 25. c. li. 3. c. 13. c. 15. c. li. 1. ca. 2. c. cōt. Cres. lib. 2. c. 10. 10. 7.